UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

**Isidorus <Pelusiota>**

**Parisiis, 1585**

Zosimo & Maroni. 406.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Παλλαδίῳ διακόνῳ. υε.

Ἐπειδὴ γέγραφας τί ἐστι, τὸ γὰρ ὄνομά μου δι᾽ ὑμᾶς βλασφημεῖται· φημὶ, ὅτι ἐπειδὴ ἰουδαῖοι μὲν ἁμαρτάνοντες, αἰχμαλωσίαις παρεδίδοντο. οἱ δ᾽ αἰχμαλωτεύοντες, οὐ τῇ τοῦ θεοῦ ὀργῇ, ἀλλὰ τῇ τῶν οἰκείων ξοάνων δυνάμει τὴν νίκην ἐπιγράφοντες τῆς παγκρατούσης δεξιᾶς ἀσθένειαν κατεψηφίζοντο. διὰ τοῦτο, τοῦτο ἔφη. αἴτιοι γὰρ ἐγίνοντο ἁμαρτάνοντες καὶ παραδιδόμενοι τῆς τοιαύτης ὑπονοίας καὶ βλασφημίας. ἴσως δὲ ἐπειδὴ καὶ τἀναντία ὧν προσετάττοντο ποιεῖν, ἔπραττον. ὅπερ καὶ ἐφ᾽ ἡμῶν νυνὶ κινδυνεύει συμβαίνειν. κελευσθέντες γὰρ τοὺς ἐχθροὺς ἀγαπᾶν, οὐδὲ τοὺς φίλους ἀγαπῶμεν· καὶ ἀκτημοσύνην ἀσκεῖν, οὐ μόνον οἷς ἔχομεν οὐκ ἀρκούμεθα, ἀλλὰ καὶ ἐκ τῶν ἀλλοτρίων χρηματιζόμεθα συμφορῶν· καὶ ἠρεμεῖν προσταχθέντες, φιλοπραγμονοῦντες καὶ τοῖς ἡσυχάζουσι παρενοχλοῦμεν. καὶ οὐ μόνον ταῦτα δρῶμεν, ἀλλὰ καὶ διδάσκειν ἄλλους ἐπιχειροῦμεν, ἃ ποιεῖν οὐκ ἐθέλομεν. τὰ γὰρ ἄλλα παρίημι. οὐδὲν γὰρ βούλομαι δυσχερὲς εἰπεῖν. ταῦτ᾽ οὖν ἀκούοντες οἱ ἄνθρωποι καὶ ὁρῶντες, ἄλλα μὲν ἡμᾶς διδάσκειν ἐπιχειροῦντας, ἄλλα δὲ δρῶντας, ὥσπερ εἰρωνεύεσθαι ἡμᾶς καὶ παίζειν ἐν οὐ παικτοῖς ἡγούμενοι, κατὰ τῆς θείας προνοίας ἀκονῶσι τὰς γλώττας, ἥτις καὶ αὐτοὺς μὲν, ἡμᾶς δὲ πλέον ἀμυνεῖται, τοὺς αἰτίους τῆς τοιαύτης βλασφημίας γινομένους.

Ζωσίμῳ, καὶ Μάρωνι. υϛ.

Εἰ μὲν τὰ παρ᾽ ἡμῶν ἀπαραλείπτως, καὶ μετὰ πάσης σπουδῆς γίγνοιτο, τότε καὶ τὴν θείαν ῥοπὴν κλητέον εἰς συμμαχίαν· ἥξει γὰρ παντὶ τρόπῳ τὴν νίκην πρυτανεύουσα. εἰ δὲ μηδὲν τῶν δεόντων παρ᾽ ἡμῶν γίγνοιτο, περιττὴ καὶ ἡ κλῆσις. εἰρωνείας γὰρ οὐκ ἀνέξεται, οὐδ᾽ ἐπιφοιτήσει τοῖς ἑαυτοὺς εἰς τὸ ἀχανὲς τῆς ἀπωλείας ἀσμένως ῥιπτοῦσι πέλαγος.

*Palladio Diacono.* 405.

Quoniā per literas ex me queſiuiſti, quidnā illud ſibi velit, Propter vos nomē meum blaſphematur, hoc reſpondeo, quod quia Iudæi quidē, cùm peccabāt, in captiuitates adducebātur, qui autē eos captiuos abducebāt, nō diuinæ iræ, ſed ſimulacrorū ſuorum potētię victoriā aſcribētes, rerum omnium præpotentē dextram imbecillitatis dānabant, eā ob cauſam his verbis vſus eſt. Authores enim erāt, dum peccarēt, atque hoſtibus dederentur, huiuſmodi opinionis ac blaſphemiæ. Fortaſſe etiā, quæ pugnātia quoq; cum his, quæ agere iubebātur, efficiebāt. Id quod etiā apud nos nunc vſu venire videtur. Nā cùm nobis imperatum ſit, vt inimicos amemus, tamē ne amicos quidē amamus: cū paupertatē colere, nos cōtrà nō modò his, quæ habemus, cōtenti nō ſumus, ſed etiā ex alienis calamitatibus opes noſtras augemus: cū nobis indictū ſit, vt quietē agamus, nos contrà negotiorū amantes iis etiā, qui quietē agunt, moleſtiā exhibemus. Nec ſolùm hęc facimus, ſed etiā alios docere aggredimur, quæ ipſi facere nolumus. Reliqua enim prętermitto: nihil enim, quod animos offendat, dicere cupio. Hæc igitur cùm homines audiunt, ac nos alia quidē docere conari, alia autē agere conſpiciunt, nos tanquam ſimulatione vti, atque in rebus minimè ludicris ludere exiſtimantes, aduerſus diuinam prouidentiam linguas acuunt. quæ etiam quidem in ipſos, verùm in nos, qui huiuſmodi blaſphemiæ cauſam præbemus, grauiùs animaduertet.

*Zoſimo & Maroni.* 406.

Si ea, quę noſtrarū partium ſunt, ſine vlla prætermiſſione ac cū omni ſtudio & diligētia fiant, tum demum diuini quoque auxilij momentum implorandum eſt. veniet enim omnino, victoriam concilians. Si autem nihil eorum, quæ officij noſtri ſunt, fiat, fruſtrà ipſius auxilium imploratur. Neque enim ſimulationē perferet, nec ad eos accedet, qui in profundum exitij pelagus libenti animo ſeſe proiiciunt.